



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 93. Hyppolitus Cardinalis Estensis præter plures alios mortuus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. num. Jam anno Christi millesimo quingentesimo quinto Erardus Leodiensem regebat Ecclesiam, eodemque tempore plura, eaque salutaria prorsus statuta in quadam Synodo promulgabat; ubi vero postea Gallorum partibus accesserat, Carnutensis Episcopus renunciabatur, pluribus gratiis a Ludovico XII. & Francisco I. auctus. Verum ambitione ductus, Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo Cæsari sua studia devovit, cui etiam inviolata fide addictus permansit. Nuncupatur a nonnullis Scriptoribus *Cardinalis Buillonæus*, eo quod filius esset Roberti I. Buillonæi Ducis, ac Sedani Principis.

## §. XCIII.

*Hyppolitus Cardinalis Estensis præter plures alios mortuus.*

Equidem Sacrum Purpuratorum Collegium Erardi electione augebatur; ast hoc eodem anno quatuor aliorum iacturam fecit. Hos inter primus erat Hyppolitus Estensis, Strigoniensis, Capuanus, Mediolanensis, ac Narbonnensis Archiepiscopus. Is erat Filius Herculis Estensis Ferrariæ Ducis. Puer adhuc octo aut novem annorum Joannis de Aragonia avunculi sui studio ad Strigoniensem Archiepiscopatum vocatus, aliquos

*Ciacon. in  
Alex. VI.  
p. 176.*

*Guic. hist.  
Card.*

ex post annis in Hungariam contendit, Sæcul. XVI. A. C. 1520.  
 a Matthia Rege, & Beatrice matertera  
 sua perbenigne exceptus, ac per se-  
 ptem, vel octo annos in Pannonia hæsit,  
 & tam sacris quam profanis literis eminuit. Andreas Vi-  
 ctorel in ad-  
 dit. ad Ciac.  
 Pawin. de  
 Rom. Pontif.  
 Rege extincto, Beatricem Reginam gra-  
 to liberalique animo complexus est, ibi-  
 que degentem Alexander VI. Anno Do-  
 mini millesimo quadringentesimo nona-  
 gesimo tertio in Purpuratorum Senatam  
 adlegit; unde Hyppolitus Romam pro-  
 fectus, ibidem galerum rubrum accepit, sed  
 paulo post in Hungariam reversus demum  
 Italiam repetiit. Ubi Ludovicum Sfor- Ant. Guar.  
 in hist Franc.  
 tiam Sororium suum in bello adversus  
 Gallos ope ac consiliis strenue adjuvit;  
 cum vero Galli victores existerent, Esten-  
 sis Cardinalis in Germaniam se recepit,  
 inde vero ad nuptias Alphonsi fratris sui  
 cum Lucretia Borgia Alexandri VI. Fi-  
 lia Romam rediit; postmodum Gallis ac-  
 cedens, singularibus gratiæ ac benevo-  
 lentia signis a Ludovico XII. Rege ho-  
 noratus est; cum vero Julius II. Papa E-  
 stensem familiam insectaretur, Hyppo-  
 litus, quid consilii caperet, ignarus, tan-  
 dem Hungariam proficisci statuit, inde  
 reversus non nisi electo Leone X, a quo  
 postea ad Franciscum I. Galliarum Regem  
 missus, eundem ad colloquium, quod Pa-  
 pa Bononiæ Anno Christi millesimo quin-  
 gentesimo decimo sexto habiturus esset,  
Hist. Ecclesiast. Tom. XXXIII. O o de-

**Sæcul. XVI.** deduxit. Elapso demum aliquo tempore,  
**A.C. 1520.** cum Bonâ ipsius ex materno genere Ne-  
 ptis Sigismundo desponsata esset, Cardi-  
 nalis nuptias honoraturus in Poloniam  
 profectus est, redux vero Hungariam ite-  
 rum invisens, ac Ferrariam reversus, ibi-  
 dem Anno salutis millesimo quingentesi-  
 mo vigesimo die tertia Septembris religiose  
 decessit. Id vitio Cardinali datum a non-  
 nullis, quod Julio fratri suo spurio, eo-  
 quod quamdam nobilem foeminam a se  
 dilectam rapuisset, oculos erui iussisset;  
 Ceterum Hyppolitus erat Princeps libe-  
 ralitate erga literatos, ac sermonis puri-  
 tate, qua nonnulla elucubravit opuscula,  
 plurimum insignis.

## §. XCIV.

*Albreti Cardinalis extrema.*

*Ciacon. in  
 Alex. VI.  
 Auberi l. cit.  
 San Marth.  
 Gall. Christ.  
 Frizon Gal-  
 lia purp.  
 Sandovall.  
 in Catal. E-  
 pisc. Pampe-  
 lonens.*

**A**lter erat Amaneus, seu Amanateus  
 Albretius, Alani de Albreto, & Fran-  
 ciscae de Britannia filius, ac Joannis Na-  
 varræ Regis frater. Hic cum Soror ejus  
 Carolina Cæsari Borgiæ Valentini Duci  
 spurio Alexandri VI. filio nuberet, Ama-  
 neus anno millesimo quingentesimo (ut  
 putat Ciaconius) ab eodem Pontifice  
 Cardinalis renunciatus est, unde in Ita-  
 liam ibidem sedem suam fixurus, sese  
 contulit, electo autem Julio II. qui Ale-  
 xandri clientibus parum favebat, inde  
 exce-